

Lezione 9. Comparativo e superlativo; il congiuntivo presente e imperfetto, la prop. subordinata finale.

A Comparativo

| Singolare | | Plurale | |
|--------------|------------|--------------|--------------|
| Masch./Femm. | Neutro | Masch./Femm. | Neutro |
| alt-ior | alt-ius | alt-iōr es | alt-iōr a |
| alt-iōr is | alt-iōr is | alt-iōr um | alt-ior um |
| alt-iōr i | alt-iōr i | alt-iōr ībus | alt-iōr ībus |
| alt-iōr em | alt-ius | alt-iōr es | alt-iōr a |
| alt-ior | alt-ius | alt-iōr es | alt-iōr a |
| alt-iōr e | alt-iōr e | alt-iōr ībus | alt-iōr ībus |

quam Paulus

Marcus est prudentior

Paulo

Superlativo

| Singolare | | | Plurale | | |
|--------------|--------------|--------------|----------------|----------------|----------------|
| Masch. | Femm. | Neutro | Masch. | Femm. | Neutro |
| alt-issim us | alt-issim a | alt-issim um | alt-issim i | alt-issim ae | alt-issim a |
| alt-issim i | alt-issim ae | alt-issim i | alt-issim orum | alt-issim arum | alt-issim orum |
| alt-issim o | alt-issim ae | alt-issim o | alt-issim is | alt-issim is | alt-issim is |
| alt-issim um | alt-issim am | alt-issim um | alt-issim os | alt-issim as | alt-issim a |
| alt-issim e | alt-issim a | alt-issim um | alt-issim i | alt-issim ae | alt-issim a |
| alt-issim o | alt-issim a | alt-issim o | alt-issim is | alt-issim is | alt-issim is |

A/1Analizza e traduci (comparativo)

1. In omnibus rebus minus valent praecepta quam experimenta. 2. Risu inepto res ineptior nulla est. 3. Scythis caelum asperius quam Aegyptiis erat, corpora et ingenia duriora. 4. Iuba, regis filius, adulescens est non minus nummatus quam minus capillatus. 5. Post Quintilium, Aemilianus suscepit imperium, vir in bello potens, animi tamen immodici et ad crudelitatem propensioris. 6. Antiquior est vita hominum rustica quam urbana. 7. Nihil (niente) in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest (si può trovare). 8. Xerxes victus est magis consilio Themistoclis quam armis Graeciae. 9. Luce sunt clariora nobis consilia tua omnia. 10. Romulus multitudini carior fuit quam patribus. 11. Nihil (niente) est illi (a quello) re publica carior, nihil (niente) bonorum virorum iudicio optatius, nihil (niente) vera gloria dulcius. 12. Apud Scythas nullum scelus gravius furto erat. 13. Nihil (niente) est homini magis optandum quam prospera, aequabilis, perpetuaque fortuna. 14. Nulla servitus turpior est quam voluntaria. 15. Ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia. 16. In libero populo imperia legum potentiora sunt quam [imperia] hominum. 17. Venetorum naves ad hunc modum factae armataeque erant: carinae aliquanto planiores quam [carinae] nostrarum navium, prorae admodum erectae. 18. Oratio fluebat dulcior melle. 19. Ubi (quando) Metellus in Africam venit, exercitus ei traditur iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promptior. 20. Nihil est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile quam voluntas civium. 21. Quid (che cosa) in hominibus rerum civilium peritis virtute ac doctrina optabilius est? 22. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod (perchè) caeruleum efficit colorem, atque hoc (per questo) horridiores sunt in pugna aspectu. 23. Sexum muliebrem natura timidior reddidit, virum (virorum) fecit audacior.

A/2 Analizza e traduci (superlativo)

1. Ubi (quando) de Caesaris adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis. 2. Cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho, Athenis fui. 3. In Britannia hominum est infinita multitudo creberrimaeque aedificia fere Gallicis consimilia, pecorum magnus numerus. 4. Ingratus est qui beneficium accepisse (di aver ricevuto) negat, quod accipit; ingrator qui non reddit; ingratus omnium qui oblitus est (se ne è dimenticato). 5. Ex Britannis longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt. 6. Consentia bene actae vitae iucundissima est. 7. Cenatio latissimum mare, longissimum litus, villas amoenissimas prospicit. 8. Haec (questi) gravissima consilia aptiora sunt tempori belli quam pacis. 9. mater cupiebat iungere filiam nuptiis splendidissimis nobili viro. 10. In servos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. 11. Alcibiades, natus in amplissima civitate, omnium aetatis suae formosissimus, ad omnes res aptus consiliique plenus fuit. 12. Fertilissimus ager et abundans omnium copia rerum est regio. 13. Pyrrus, rex Epirotarum, rei militaris peritissimus fuit. 14. Campanus ager orbi terrae pulcherrimus est et Capua urbs amplissima atque ornatissima. 15. Apenninus est saluberrimus montium.

A/3 Cicerone compiangi la propria sorte e quella della moglie (comparativo, ripasso dei pronomi personali)

Accepi ab Aristocrito tres epistulas, quas ego lacrimis prope delevi; conficior (sono distrutto) enim maerore, mea Terentia, nec meae me miseriae magis excruciant quam tuae vestraeque; ego autem hoc (in questo) miserior sum quam

tu, quae es miserrima, quod (in quanto) calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa mea propria est. Meum fuit officium vel vitare periculum, vel diligentia et copiis resistere, vel cadere fortiter. Hoc (di ciò) miserius, turpius, indignius nobis nihil (niente, sogg.) fuit. Ante oculos dies noctesque versatur (si trova) squalor vester et maeror et infirmitas valetudinis tuae. Spes autem salutis pertenuis ostenditur; inimici sunt multi, invidi paene omnes. Sed tamen quam diu (fino a quando) vos eritis in spe, non deficiam.

B Il congiuntivo nei tempi derivati dal tema del presente (presente imperfetto) / forma attiva e passiva

| Presente | I | II | III | III (- ĭ) | IV | Desinenze passive |
|------------|---------------------|---------------------|----------------------|---------------------|-----------------------|--------------------|
| Sing. | voc e m | mon e a m | mitt a m | cap i a m | inven i a m | 1 -r |
| | voc e s | mon e a s | mitt a s | cap i a s | inven i a s | 2 -ris /-re |
| | voc e t | mon e a t | mitt a t | cap i a t | inven i a t | 3 -tur |
| Plur | voc ē mus | mon e ā mus | mitt ā mus | cap i ā mus | inven i ā mus | 1 -mur |
| | voc ē tis | mon e ā tis | mitt ā tis | cap i ā tis | inven i ā tis | 2 -mīni |
| | voc e- nt | mon e a nt | mitt a nt | cap i a nt | inven i a nt | 3 -ntur |
| Imperfetto | I | II | III voc. tem. | III -i | IV | |
| Sing | voc ā re m | mon ē re m | mitt ě re m | cap ě re m | inven ī re m | |
| | voc ā re s | mon ē re s | mitt ě re s | cap ě re s | inven ī re s | |
| | voc ā re t | mon ē re t | mitt ě re t | cap ě re t | inven ī re t | |
| Plur | voc a rē mus | mon e rē mus | mitt e rē mus | cap e rē mus | inven i rē mus | |
| | voc a rē tis | mon e rē tis | mitt e rē tis | cap e rē tis | inven i rē tis | |
| | voc ā re nt | mon ē re nt | mitt ě re nt | cap ě re nt | inven ī re nt | |

B/1 Analizza e traduci le seguenti forme verbali, segnando correttamente l'accento dove necessario:

amemus, emas, audiatis, rapiatur, moveamur, audirem, emerentur, audiretis, placaret, rapiamus, fugiatis, amet, emeris, moveretur, moverem, raperem, ametur, moveant, moveamus, legatis, videamus, legant, moveatur, legamus, moveres, placarentur, emerent, moverentur, audiretur, viderent, moveremus, audirent, audiatur, amem, videat, emant, moveat, rapiant, legat, videas, movearis, legatur, videremus, placaretur, emeremus, moverent, audiret, moveretis, placarent, videret, ematur, rapiaris, ametis, moveam, rapiamur, fugiat, audias, ament, videatis, audiat, audirentur, emeretis, amareris, moveantur, videant, audiamus, rapiantur.

C/ La prop. sub. finale.

è una prop. sub. **avverbiale**, sostituisce il c. di fine.

Es. venio ut te videam, «vengo per vederti»

La finale nella sua forma più tipica è introdotta da *ut* (negazione *ne*) + cong. presente o imperfetto secondo la **consecutio temporum della contemporaneità**: ossia, se nella sovraordinata c'è un tempo principale (presente, futuro, fut. ant.), nella subordinata compare il **cong. presente**; se nella sovraordinata c'è un tempo sottrico (imperfetto, perfetto, più che perf.), nella subordinata compare il **cong. imperfetto**.

C/1 1) Caesar equitatum, ut sustineret hostium impetum, misit. 2) Caesar bellum movit in ultimos Britannos, ne ullus orbis terrarum populus a ditione populi Romani subduceretur 3) Hannibal suos continuit, ne tumultum ac trepidationem auget. 4) Ad te epistulam scribam, ne sententiam meam ignores. 5) Lycurgus fundos omnium aequaliter inter omnes divisit, ut aequata patrimonia neminem (nessuno, c. ogg.) potentiorum altero redderet. 6) Massilienses veteres naves refecerant, summaque industria armaverant atque contexerant, ut remiges tuti essent ab ictu telorum. 7) Multi incolae vicinorum vicorum Romam venerunt ut ludos viderent. 8) Haec dixi ne in errorem incidamus neve ceteris iniuriam faciamus 9) Caesar ad Lingones litteras nuntiosque miserat, ne Helvetios frumento iuvarent. 10) Legum omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.

D/Altre forme della subordinata finale:

1) invece di *ut*, si può avere *quo*, specie davanti a un comparativo:

Transalpinas gentes oleam et vitem serere Romani non sinebant, quo pluris essent (perché valessero di più) *oliveta vineaeque Italiae*.

2) il valore finale può essere espresso da una relativa al congiuntivo (relativa impropria):

missi sunt legati qui pacem peterent

3) *ad* + accusativo del gerundio o del gerundivo:

missi sunt legati ad pacem petendam

4) *causa* o *gratia* + accusativo del gerundio o del gerundivo:

missi sunt legati causa/gratia pacis petendae

5) supino dopo i verbi di movimento:

missi sunt legati pacem petitum

6) participio futuro (da Livio)

*missi sunt legati **pacem petituri***

7) participio presente (da Livio)

*missi sunt legati **pacem petentes***

D/1 Traduci

1) Obducuntur cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores. 2) Iam praemissi Albam erant equites, qui multitudinem traducerent Romam. 3) Pompeius ignes accendi prohibuit, quo occultior esset adventus suus. 4) Hannibal per agrum Campanum mare petit oppugnaturus Neapolim. 5) Caesaris adventu Bituriges ad Haeduos legatos mittunt subsidium rogatum, quo facilius hostium copias sustinere possint.